

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Testimonium Aegidij Castrosf. Friburgensis

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Testimonium Ægidij Carstorf.
Friburgensis.

Vtinam multæ Ecclesiæ habere tales pastores possint, qualis est hic Ægidius Friburgësis, magna pietate morum & doctrina instructus. Quare gaudemus eum in hac uicinia præfici Ecclesiæ Nimecensi, in qua & antea piè & fideliter docuit Euangelium Christi. Explorari eius doctrinam non erat opus: sed tamen cum eo disputauimus, & iudicamus idoneum esse ad gubernationem Ecclesiæ: eumq; ijs qui ipsum promouere possunt, commendamus.

Caspar Cruciger D.
Philippus Melancthon.

Ioan. Bugëhagius D. Pastor ecclesiæ
Vuitebergenfis, & cæteri.

Literas ad nos attulit N.N. quæ testabantur, eum honestis & pijs moribus præditum esse, & ad munus docendi Euangelium N. uocatum. Cum autem rogati essemus, ut explorata eius eruditione, adderemus publicam ordinationem, diligenter eum audiuiimus: & cõperimus eum rectè tenere summam Christianæ pietatis, & amplecti puram Euangelij doctrinam, quam Ecclesia nostra uno spiritu et una uoce cum Catholica Ecclesia Christi profitetur: ac à fanaticis opinionibus, damnatis iudicio catholice